

Author: Desbillons

Title: 2.42 Puer et Coluber

URL:

https://archive.org/details/bub_gb_15kOAAAQAAJ/page/47/mode/1up?view=theater

Obambulando reperit Colubrum Puer
Gelu rigentem; quem recepit in sinum
Misericors, refovit, inscius mali.

At ille, pristinus ubi redditus est vigor,
Furit, impioque dente beneficum necat.
Homo vivit, esse qui miser cum desiit,
Coepit salutis laedere auctores suae.

Puer,
obambulando,
reperit Colubrum
rigentem gelu.
(Puer), misericors,
recepit (Colubrum)
in sinum;
et refovit,
inscius mali.
At ille (Coluber),
ubi pristinus vigor
redditus est,
furit,
et necat beneficum

impio dente.
Homo vivit,
qui,
cum desiit esse miser,
coepit laedere auctores suae salutis.

Obam·bulan·do re·perit · Colubrum · Puer
Gelu · rigen·tem; quem · rece·pit in · sinum
Miseri·cors, et · refo·vit, ins·cius · mali.
At il·le, pris·tinus u·bi red·ditus est · vigor,
Furit, im·pio·que den·te bene·ficum · necat.
Homo vi·vit, es·se qui · miser · cum de·siit,
Coepit · salu·tis lae·der~ auc·tores · suae.